

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Samuel Bohl Matthias Vatkius

Pro Regula Rustica Reintroducenda In Explicatione Scripturae sacrae

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770657788>

Druck Freier  Zugang



C LC - 1871 1-15.



1825.



RB
Receipt wider die rehni. artz.
auf podagru.

Receipt. 4
1 Saffronan
2 Jasmin. Salicornia
3 Zinz und Wein.
4 mit der safran, Wein und einer flüssig Kraut
Karnas eignet sich für Früchte

PRO
R E G U L A
RUSTICA REIN-
TRODUCENDA IN EX-
plicatione Scripturæ sacræ.

Pro Qua
D E O D U C E
PRÆSIDE
M. S A M U E L B O H L
Gryphenberg. Pomeran.

stabie
M A T T H I A S V A T K I U S
Neobrand. Megapol.

*In Auditorio majori ad diem 14. Octob:
horis pomeridianis.*



R O S T O C H J,
Literis NICOLAI K I L I I, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XXXVII.

SP
RECHEN
RÜGEN
TRODGEENDAINE
DRODDE
MÄMELBÖH
MATHTÄ
DFÖDDE



I.

Um in hac Academia multa vetusta & antiqua eruditioris acquirendæ genera morstraverim, ea verò ab imperitis dicantur nova, ego in hac disputatione docebo fundamentum, super quo totum meum ædificium & struxi & quamdiu Deo visum fuerit, structurus sum, illud dico Regulam Rusticam.

2. De hac Regula rustica multa forent dicenda, verum jam placet tantum eam describere in genere, & applicare eam deinde ad explicationem Scripturæ sacrae.

3. Regula rustica est canon naturalis, verus, simplex & palpabilis cognoscendi rem & sensum naturalem, veram, simplicem & palpabilem.

4. Requiritur ergo ad hanc regulam natura, veritas, simplicitas, & palpabilitas.

5. Naturæ ordo hic est, ut res dicatur ea quæ est, nec contra essentiam rei aliquid statuatur. Bos sive sit in aula Principis sive sit in caula rustici, bos est, bos manet, bos debet dici. Adulter, homicida, perjurus, scortator est, & debet dici qui homines occidit, perjurio Deū irritat, sive si Saul, sive David, sive Magistratus sive rusticus. Invito Domino aliquid surripere furari est, sive id fiat à magno sive parvo fure. Hac regula utebatur Johannes contra Herodem, Elias contra suos Reges.

6. Veritatū ordo hic est, ut quod naturæ Dominus jubet & dicit, nobis maneat verum.

Nos dicimur justi & sancti; si opponat Diabolus & experientiam vocet teste, ex regula rustica respondemus. Nos sumus sancti, quia naturæ Dominus id dicit, quamvis nos id in nobis non experiamur. Hunc naturæ Dominum video imitari etiam Reges & Dominatores terrarum, quod spurios pronunciant legitimos. Si legitimatum spurium ego adirem, & nec Albim nec Rhenum ei

eam maculam eluere posse, Respondet; Tace, Princeps dicit me legitimam, audiens hæc taceo & miror potentiam. Ex hoc principio omnia quæ Deus dicit vera sunt.

7. Simplicitatù Ordo hic est, ut Subjectum tractationū tantum respiciatur.

Cum audimus Deum dicere Esaiæ primo. Totum caput langet, interpres non debet hoc caput componere, & dicere. Adam est nostrum caput, sicut autem ille peccato fuit infectus, ita virus illud in nos ceu membra ejus derivavit. Tu non interrogaris hic, quid caput significare queat, sed quid hic in Esaiæ capite primo notet. Si de capite habeas quæ dicas, postquam me docuisti, quid hic sit caput edissere. Quero à rustico, ad quā civitatem dicit hæc via, respondere debet & nominare, Rostochium vel Cröpeliaum, vel Butzovium &c. non autem dicere. Via hæc fuit ante aliquot annos valde infesta, nam milites obsidebant eam quasi, & multa hic patrata sunt latrocinia. Si enim hæc audire volo, quero postmodum. Ex hac regul. Jacobus carpit quosdam, qui roganti panem dicebant, fede ad ignem & calefac corpus.

8. Palpabilitatis ordo consistit in evidentiā approbationis, & suis ex natura, veritate & simplicitate.

Contra hunc ordinem insurgentem nullatenus est disputationum, sed tacendum.

9. Quando ego de his requisitis regulæ rusticæ loquor, facile præ video, omnes dicturos, hæc se ante manuvisse, Respondeo. Bene est, & Rusticus ante me hæc vidit, sed fac periculum intermet ipso, proba mores hujus seculi, in omnibus statibus contra has regulas peccatur, imo ut peccare queant commodiū, magnis sumptibus multi peregrinas terras adeunt, sed hæc non ad me. Quare ego monstrabo brevibus, quomodo haec regula sit utendum in Scripturæ sacrae versione & explicatione literali. Dico ergo primum vigore requisitorum supra datorum.

10. Qui in Scripturæ explicatione vult uti regula rusticæ, necesse habet tenere & collere linguam Hebraicam, sicuti rusticum Megapolitanum Megopolitanam, Pomeranus Pomeranum.

Succus enim vel Croatus male linguam Germanicam edocitus,

non

non potest de diplomate Imperatoris Romani & Germani dicere. Hoc vult Imperator, nec addere, cum jam nervus bellii gerendi maxime sit respiciendus, iussit ut singula capita tot & tantum pendant. Germanus respondet. Falsus es, nam non intelligis linguam indixit enim convenitum Imperii, Secus vel alter ille, si non intelligat linguam contradicere nequit. Sic in explicatione Scripturæ, nemo potest certus esse, Spiritum sanctum hoc velle, quod enim voluisse hoc dicunt interpretes, sit beneficio palpabilitatis partis hujus regulæ.

11. Qui uti vult regulam rusticæ in Scriptura, non curat colores rem non constituentes, nec respiciat ea, que ad rem suam facere non videantur.

Rusticus amisit vacam, non curat autem cum eam quarens in via videt equos palcentes, querit enim vaccam, & non audit alium de suis vaccis multa differenter, dicit enim meam vaccam quereo. Sic interpres non curat juxta hanc regulam varias commentationes, cum de veritate rei est sollicitus, e. g. Ego eo, ut quærām, num Abrahæ fides fuerit salvifica, ibi quærō id non in Thoma, Scoto, Gabriel de Biel, Occam, Vasquetz, Sarez vel alio, sed in Scriptura sacra, sicuti rusticus vaccam non quærat in summitate arboris vel in cavernis vulpium aut murium latibulis, novit enim quod vacca ibi non inveniatur, sed in locis ei convenientibus. Quia autem video dici in Genesi, quod hoc sit reputatum ei in justitiam, & vero adsint interpres contrarium dicentes, non audiendi sunt, nam ego non venie eos audire, sed Spiritum sanctum, cui ex punto veritatis & simplicitatis ego credere volo & debo. Sicut rusticus autem cum suam vaccam videt & properat in domum non attendit, quid alii de varii coloris vaccis statuant, ridet enim & dicit, ego rufam amisi, rufam quæsivi, rufam inveni. Deinde si lubet, poterit discusus de variis coloribus audire.

12. Dignoseat autem Colores rem discernentes. Sic qui rufam amiserat non albam quæreret vaccam. Sic etiam in Scriptura sacra. e. g. quando scriptum est, de actu quodam viri cum sorore sua ex matre vel ex patre quod sit יְהוָה בְּנֵי שְׁמֹעֵל. Si docti accesserint disputabunt, num significet misericordiam vel scelus. Et laudatuz Osiander à Chemnitio p. 254. cum dicit: Osiander eruditus ita ex-

ponit; quod Moses hac vocula usus sit, ut ostenderet Adæ filios, non secundum rigorem juris naturæ, sed ex dispensatione divina suis sororibus copulatos fuisse, quam divinam dispensationem, si quis non habeat, & tamen illud factum imitari cupiat, occidatur. Juxta rusticam regulam tales colores postponuntur, & queritur primum, quid hic sit **רְכָמָן** / natura jubet explicare perexprobationem, color discernens per dedecus & flagitium, dicit enim rusticus, quomodo illi excindendi sunt, qui misericordiam exercuerunt, erit ergo non misericordia, sed ut Osiander p. 188. explicat res nefaria. Luth. Blutschande deinde cum de sensu constat, si allubescat agat de ratione.

13. Qui vult uti regula rustica non debet credere, nisi quæ natura, veritas, simplicitas & palpabilitas dicunt. Hinc non patiatur sibi persuaderi ibi esse aliquid quod non videt, vel non esse quod videt.

Contra hanc regulam valde etiam peccatur, & peccant quotidie, qui credunt rem contineri in Scriptura, quam non vident. Sic Patres quidam crediderunt in Psalmo 110. agide æerna Christi ex patre generatione quando legebant. *Ex utero ante luciferum genui te.* Magna hæc fuit fides. Rustica regula autem dicit. Ego hæc non credo, quia ego ea non video. Respondet alter, maximè videntur in vulgata versione R. R. respondet, quis dixit hoc vulgata R. textus Hebreus, convenient & adeunt illum, tunc ne litera una ejus rei facit mentionem, sed hoc legitur. Du Messias wirst mehr Christen zu Kinder haben als die Mutter der Morgenrot Tropfen. Hac regula extirpat ellipses non necessarias, ut quando Tremellius Isaie 7. *Chemhab udbasch jocel* explicat Butyrum & mel comedere faciet nos. Rusticus audiens hæc queret, ubi scriptum sit nos. Quod cum non demonstret Tremellius, juxta hanc regulam dicimus *chemhab butyrum. Udbasch & mel jocel ille edet, nam נַאֲכֵל* est actuum & non passivum.

14. Qui vult uti regula rustica vi naturæ semper sumat vocem in primaria & supra significatione tam diu, quam non veritas & color discernens aliud jubeat, & palpabilitas aliud doceat.

Rusticus cum audit de aratro, dicit illud esse instrumentū quo proscinditur terra, sive autem Imperator sive Rex sive alius quidam ipsi diversum persuadere vult, manet tamen ille in suo conceptu, arato.

stratum novi, hoc est aratum, cum quo ego aro. Sic explicator Scripturae sacræ semper principalem & primam eamq; formalem significationem retinere debet. Sic Photinianus dicat, quæ libent de voce ΗΙΗΙ primaria & principalissima ejus significatio & quidem quod maximum est unica est, ut notet Deum absolutum æternum independentem, qui solus, quæ promittit praestare valet si ergo legam Christum dici Jhovah, sic etiam Spiritum esse Jhovah, dico recte, Christus est absolutus æternus & independens Deus, Spiritus sanctus est absolutus æternus & independens Deus.

15. Qui vult regular rustica uti, non remittat propositum dicentis, & intentionem jubentis non negligat.

Si e.g. Eliae primo aliquis legat. Audite Principes Sodom', at-
tende popule ex Gomorrha utatur regula hac, si hoc fecerit videt
primum actum esse de Judæis, deinde agi de Sodomitis offerenti-
bus, calendas festa observantibus, ratio contradicit & ex via simpli-
citatū & naturæ videt, agi de Judæis, qui vocantur Sodomita. Sic si
caetus rusticus propter furtum suspendi curasset duos fures Knep-
sing & Strickling. Postmodum audientes converti in se à supe-
riori hæc verba. Ihr Wawren pfleget den Acker wol vmb/vnd ver-
warloset mir nichst meine Saat/etc. Höret ihr Knepeling vnd Stri-
ckling wo jhrs nicht thut/etc. Ibi ruitius quivis audit, non verba
siker ad suspitos, sed ad se. Hæc ut dixi rusticus intelligit, ut cum
Eliae 14. dicitur. Quomodo recidisti de celo Lucifer, non intelligunt
multi, qui rusticorum debebant esse præceptores. Hinc multis Lu-
cifer est Satan supremus diabolorum, modo non alii contradice-
rent, qui Beelzebub vel Beelzebub illud dominium adscribant.

16. Qui vult rusticā regulā uti, Genus, numerum, personam, conju-
gationem quam Spiritus sanctus proposuit retineat nec mutet.


Ubi secundam legit, ibi non pronunciet primam, ubi activum
est, ibi non ponat passivum & e' contra. Si in Germanica lingua
audiret rusticus, Sie nemlich die König David ward lüsteren/ dicit
ergo David appetitu muliebri concupiscentia, ut mulier describitur.
Der Juncker hat an seinen Füssen Stieffeln. Dicit, ergo virgo
describitur ut vir Sie hat sich gestiefflet als ein Kerl. Quibus mo-
dis dicendi proprietates vel sexus mutati innuere voluit. Etalia pos-
sent

sent ex conditione naturæ, veritatis, simplicitatis & palpabilitatis
de promi verum ad aliud tempus ista erunt reservanda. Jam ad
modum procedendi.

17. Qui vult resolvere textum sumat vocees pro ut stant, & stantibus
istis adhibeat rationem simplicitatis, veritatis, naturæ & palpabilitatis,
& sensus optimus elicetur. E. g. Sumam ex Job. 5. Ci adam nam
homo laamal julladib ad infortunium natus est, ubhne rescheph i.e.
& filii rei natura sursum tendentis jagbbiu elevant uph volatum,
Magistri ex arte dicent hic, particula vav quandoq; significat si-
cuit, & adducent pro se, si legerint lexicon quoddam æque incer-
tum & vacillantibus superstructum fundamentis. Regula rusticæ
conjugit & disjungit has propositiones & dicit. Homo ad infor-
tunium natus est; (semicolon) & id quod natura vel consuetudine
urgetur sursum elevat volatum. Quarit jam, quomodo posterius
incisum cum textu conveniat, cum Eliphaz versetur ibidem in tali
argumento. Tu tui infortunii faber es, nam non ex terra malum
crescit & ex pulvere iniquitas, sed ex homine, qui sui ipsius mali cau-
sa est, videt quod disjunctū cum textu non quadret. Veritatis autē
ordo inculcat quadrare debere, ergo virusticæ regulæ cum nihil
videat esse, sumit vocem sicuti, non per ellipsis amissam, sed ex sen-
su promanantem. Der Mensch ist zum Unglück geboren/ Und was
sich in die Höhe bringen lesser kommt hoch/ i. e. Wie ein ding dessen
Natur ist daß es hoch steicht/ hoch siegen kan / so ist des Menschen
Natur die da sündiget/dß sie viel sündigen kan und dadurch schwer
gestraffet werde.

18. Sic disputari solet de loco Job 13. v. 25. Ob mich der Herr
schon tödter / wil ich doch aufs jhn harren/ Carpunkt Luther, multi
Osiander, Ecce occidet me, non expectabo. Gloss. ejus sic ait, sic ve-
tus Adam quando tumultuatur in electio, irritatus magnitudine tenta-
tionum, sed Dominus credentibus in Christum talia non imputat, non
enim ipsi hæc faciunt sed peccatum inhabitans hucusq; Osiander. Ego
dico ad regulam rusticam, Job hic verbis non peccavi. Ego enim
vi regulæ istius ita dico. Hen si jik galeni occiderit me lob non aja-
chel morabor. Wo Gott mich röden will/ so wil ich nicht lang seu-
men/will gerne sterben.

19. Hæc est regula rusticæ, qua instructus scripturam explicavi &
perpetuo explicabo, ex qua accepimus, formas & quæcunq; habeo
hausi. Hæc regula omnibus nota est, à paucis observatur,
quod docet experientia,



VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

tione naturæ, veritatis, simplicitatis & palpabilitatis
um ad aliud tempus ista erunt reservanda. Jam ad
cedendi.

ult resolvere textum sumat voles prout stant, & stantibus
rationem simplicitatis, veritatis, naturæ & palpabilitatis,
imus elicetur. E. g. Sumam ex I.

l julladh ad infortunium n. adam nam
cura sursum tendet. i. eph i.e.
te dicent hi. olatum,
ent. i. sciat se-
a. dis-
sest
m ele-
textu-
Tu tui i.
alvere in-
iod disjur
t quadrare
nit vocem
tem. Der M.
e bringen lesser
es hoch fleucht
ündiget/dass sic v.
e.
sputari solet de loco v. 15. Ob mich der Herr
wil ich doch aufs ihn harren/ Carpent Luther. multi
e occidet me, non expectabo. Glos. ejus sic ait, sic ve-
do tumultuatur in electis, irritatus magnitudine tenta-
minus credentibus in Christum talia non imputat, non
accidunt sed peccatum inhabitans hucusq; Osiander. Ego
im rusticam, Job hic verbis non peccavi. Ego enim
is ita dico. Hen si ijk aleni occiderit me lob non aja-
Wo Gott mich tödten will/ so wil ich nicht lang seu-
esterben.

egula rustica, qua instructus scripturam explicavi &
licabo, ex qua accessus, formas & quæcunq; habeo
ec regula omnibus nota est, à paucis observatur,
quod docet experientia.

Copyright 4/1999 XyMaster GmbH www.xyymaster.com

